



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCXXX. Vertrag der Markgrafen Otto und Konrad von Brandenburg mit
dem Herzoge Buguzlav von Pommern und dem Fürsten Wizlav von Rügen,
zu ihrer und ihrer Vettern, Otto Albrecht und Otto, Aussöhnung mit ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

nomine et auctoritate inducent, ac eos, autorizante domino, reducent ad optate pacis et concordie unionem. Datum friburgi, VII idus Junij, Regni nostri anno XI.

Aus der Elbeckschen Urk. Sammlung Nr. CDLXIII.

CCXXX. Vertrag der Markgrafen Otto und Konrad von Brandenburg mit dem Herzoge Buguzlay von Pommern und dem Fürsten Wizlay von Rügen, zu ihrer und ihrer Vettern, Otto Albrecht und Otto, Ausöhnung mit den unterm 14. Juni 1283 wider sie verbündeten Fürsten, Edlen und Städten, vom 13. August 1284.

Inter Illustres principes, dominos Ottonem et Conradum, Marchiones Brandenburgenses, ex vna, et viros nobiles, dominum Buguzlaum, ducem Sclauorum, et dominum Wizlaum, principem Ruyanorum, parte ex altera, super vniuersis causis discordiarum radicitus terminandis, est in hunc modum eorum fidelibus mediantibus placitatum, videlicet: dominus Buguzlaus venire debet super fluentum, Dobre dictum, apud Wizstok, in vigilia sancti Johannis Baptiste decollationis nunc ventura, exhibendus et faciendus ius Illustribus principibus, dominis Ottoni, Alberto et Ottoni, Marchionibus Brandenburgensibus. Erga quem dicti principes venire poterunt, si voluerint, ipsum ius recipiendum. Ibidem etiam venturi sunt, si haberi possunt, dominus Archiepiscopus Magdeburgensis, dux saxonie, dux Brunswicensis, dux Lunenburgensis, qui quatuor ad hoc electi sunt ac deputati, ut enarrent juris sententiam super querimonias partium et promulgent. Quod si de iure huiusmodi dicti domini se intromittere noluerint, dicent tamen, vbi et coram quibus dominis siue principibus ius huiusmodi sit debite faciendum. Si vero hii quatuor principes simul omnes haberi non possent vel saltem tres ex eisdem haberentur vel ex eis duo ad minus, hii inter partes sententiabunt vel dicent, vbi sit ius huiusmodi faciendum. Si vero dicti quatuor principes super huiusmodi iure sententialiter discutere noluerint, Ex tunc tamen quatuor prefati principes super huiusmodi iure discutiendo plenariam sibi obtinebunt potestatem, easdem causas infra diem et annum discutiendas, secundum quod iusticie contentaneum fuerit atque iuri. Si vero domini Marchiones, Otto, Albertus et Otto, in iure recipiendo contenti esse voluerint, pro se suaque sorore et eius filius, prefatus dominus Buguzlaus, dominus Wizlaus de ruya cum sexaginta militibus et quatuor Ciuitatibus Stetin, penkvn, Gripenhagen et Gardiz prestitit fideiussoriam cautionem, quod infra dictum terminum ius huiusmodi faciat, dummodo quatuor septimanis presciat in eo loco, ad quem secure cum amicis suis in itu et in reditu poterit peruenire. Tum vero marchiones, Otto, Albertus et Otto, ibidem dicto domino Buguzlao super obiciendis e contrario simile ius exhibebunt et facient congruum et condignum. Si vero dicti domini Marchiones, Otto, Albertus et Otto, ius recipere recusauerint ab ipso domino Buguzlao, aut ius exhibere et facere eidem; debent Idem dominus Buguzlaus et dominus Wizlaus de ruya ac eorum fideiussores simul et ciuitates a fideiussoria cautione prestita debent esse penitus absoluti. Transacto vero die placitorum, que est in vigilia decollationis sancti

Johannis Baptiste, domino Buguzlao sine omni protractione restituetur castrum Stargard et Ciuitas; castrum vero Woltin (sic) et castrum Strazne debent destrui atque frangi, Pyriz Ciuitas etiam domino Buguzlao a dominis marchionibus Ottone et Conrado sine omni dolo restituetur, si potentes dicte fuerint ciuitatis; sin autem, ex tunc dicti domini marchiones Otto et Conradus, vna cum domino Buguzlao et domino Wizlao de ruija, eandem vallabunt ciuitatem propriis sub expensis, abinde vnanimiter non recessuri, nisi dicta Ciuitas ad dominum Buguzlaum se teneat fideliter et conuertat. Item domini marchiones Otto et Conradus fideli diligentia ad hoc intendent, quod castrum Brode domino Buguzlao etiam presentetur, quo presentato ipsum castrum penitus destruetur. Item si domini marchiones, Otto, Albertus et Otto, iure contenti esse noluerint et ius recipere recusaerint, domini Marchiones Otto et Conradus et eorum vasalli, qui voluntati eorum sunt obnoxii, patruales suos deferent nec eisdem contra dominum Buguzlaum et suos coadiutores prebebunt auxilium vel iuuamen. Amplius cause, que vertuntur inter dominos Marchiones Ottonem et Conradum ex vna, et dominos Sclauie et Comites Zwerinenses parte ex altera, Commisse sunt domino Archiepiscopo Magdeburgensi et domino wizlao, ruyanorum principi. Has causas ad se assument et easdem ante natale domini nunc instans terminabunt in amicitia uel in iure. Item si domini Marchiones, Otto, Albertus et Otto, a Dominis Sclauie ius recipere noluerint, nec contenti esse iure; tunc siquidem domini Marchiones Otto et Conradus prefatis patruelibus suis contra dictos dominos Sclauie et eorum coadiutores auxilium non impendent. Si uero domini Sclauie iure contenti esse noluerint et ius recipere recusaerint a dominis Marchionibus, Ottone, Alberto et Ottone; extunc Dominus Buguzlaus et dominus Wizlaus de ruya contra prefatos Marchiones et eorum coadiutores dominis Sclauie auxilium non prebebunt. Item domini Marchiones Otto et Conradus ab omni impetitione ac guerra, quam habuerunt aduersus dominum Buguzlaum cessauerunt et renunciauerunt eisdem penitus et in toto. Pro eo dominus Buguzlaus dabit dictis dominis Marchionibus a festo sancti Michahelis nunc venturo infra biennium quatuor milia marcarum puri argenti: pro huiusmodi argento obligauit dominus Buguzlaus dominis marchionibus: Vkermunde Ciuitatem et Castrum ratione pignoris cum distinctionibus hiis subscriptis, videlicet zarow in descensu vsque ad medium recentis maris, ab inde per medium recentis maris vsque vbi Jazeniz fluentum fluit in medium recentis maris, Jazeniz fluentum sursum ascendendo vsque in stagnum Jazniz, de stagno Jazeniz vsque ad fluentum hanevord dictum, a fluento hanevord descendendo vsque in fluuium lokeniz. Dominus vero Buguzlaus et sui vasalli, Stetin Ciuitas et cuncte alie ciuitates ipsius, quibus fauet ac ius habere dinoscuntur, piscationes in recenti mari ac merica venationes et quemlibet usum lignorum similiter et piscationes infra dictum biennium liberas exercebunt. Si vero dicta Ciuitas Vkermunde et castrum a dicto domino Buguzlao infra dictum biennium redempta non fuerit aut soluta; extunc domini Marchiones Ciuitatem Vkermunde et castrum cum distinctione prehabita sibi iure proprietario obtinebunt, nichilominus vniuersis viris domini Buguzlai, cuiuscunque conditionis fuerint, bona eorum in hac premissa distinctione habentibus, libere conferent et ea obtinebunt libera, sicut prius. Pretera Stetin Ciuitas et

et alie ciuitates libertates earum, quas in hac distinctione habent, obtinebunt, quemadmodum in ipsarum litteris patentibus poterunt demonstrare. Quandocunque vero infra dictum biennium dominus Buguzlaus dictis dominis marchionibus, Ottoni et Conrado, obligabit ratione pignoris Wellenborch terram cum suis terminis et dabre terram cum suis terminis, et Lobeze terram cum suis terminis aut Belegarden terram cum suis terminis: Quam autem harum duarum siue Belegarden siue Lobese dominus Buguzlaus obligare voluerit, super hoc obtinebit liberam optionem: Obligatis autem hiis tribus terris siue positis; Vkerunde Ciuitas et castrum domino Buguzlao a dominis Marchionibus Brandenburgensibus, Ottone et Conrado, redimitti debet libera et soluta. Si vero dicte terre infra dictum biennium redempte a domino Buguzlao non fuerint aut solute, extunc dicti marchiones easdem terras sibi iure proprietario obtinebunt. Si vero dominus Buguzlaus quatuor milia marcarum puri argenti infra dictum biennium exsoluerit et pagauerit, dicte terre eidem libere dimittentur. Item dux Brunswicensis, dux Saxonie, dux Lunenborgensis, domini sclauie, comes zwerinensis, domini magnipolenses, episcopus zwerinensis, domicelli de rodstok, dux flezewicensis simul et ciuitates Lubeke et rodstok, wismar, stralesunt, stetin, Gripeswolde, demin, anklim, pencun, Griffenhagen, Gardiz, Griffenberch, Colberch, Camin et omnes alie ciuitates, que in hac gwerra comprehense fuerunt, coadiutores eorumque vniuersi sunt et compositioni huiusmodi vnaunimter includuntur. A parte vero dominorum marchionum Brandenburgensium rex dacie, dux primizlo de kalis, comes de Lindow et coadiutores eorum vniuersi sunt huiusmodi includuntur: Rex dacie sunt includitur, dummodo apud iusticiam voluerit permanere*). Item cuncte Ciuitates apud ius earum remanebunt integraliter, sicut ipsum ius in antea habuerunt. Si vero aliquid questionis aduersus aliquem vel aliquos habuerint, id retractabitur, quantum ad dictos dominos marchiones Ottonem et Conradum et eorum viros attingit amicabilem siue iuste. Item dominus Buguzlaus visis suis vniuersis et singulis, qui bona sua perdiderunt in gwerra, hiis eadem fauorabiliter redimittet et conferet, permanendo eidem vltius propitius, fauorabilis atque bonus, et quemlibet hominem in sua iusticia consuebit. Quicumque vero de consilio suo fuerunt, hos ad suum consilium recipiet, si voluerint, sicut prius. Si vero homines sui bona eorum vendere decreuerint, huiusmodi bona dominus Buguzlaus hiis, qui comparauerint, porriget sine impedimento titulo feudali, nec circa ipsos viros, qui apud ipsum remanserint aut discesserint, gerere debet ingratitudinem aliqualem. Domini vero marchiones omnibus suis, qui bona sua propter dominum Buguzlaum perdiderrunt, in gwerra redimittere et porrigere tenebuntur, nec circa ipsos debent gerere ingratitudinem aliqualem. Amplius dominus Buguzlaus vniuersis visis suis et singulis necnon proprietatibus domus militie templi in rorik et fratrum hospitalis sancti Johannis in Cvpan ac fratrum ordinis Cisterciensis in Colbaz ac sanctimonialium in terris suis existentium, Ciui-

*) Der König Erich von Dänemark trat am 29. November dem Nordischen Bündnisse bei, Estöckische Urk.-Samml. I. Nr. CDLXV.

tatibus quoque stargard, pyriz, nullam penitus iniuriam irrogabit. Item dominus Buguzlaus domino Ludewico de Wedele et suis fratribus Ciuitates Trebetow et plote ac omnia bona eorum libere redimittet, utpote ipsi eadem bona habuerunt, quando eliminati fuerunt ab eisdem, vel saltem eisdem tantam summam pecunie denariorum dabit, pro quanta pecunia ipsa bona comparauerunt; sed dicti milites tot denarios, quot eis dominus Buguzlaus tradidit, defalcabunt. Castrum vero plote dictis militibus de Wedele presentabitur, adiecto tamen si illustris princeps marchio Conradus et dominus wizlaus de ruya id duxerint fore iustum. Si uero dicti arbitrati fuerint, quod dictum castrum eis non debeat presentari, tunc siquidem debet destrui ipsum castrum. Item dicti domini Marchio Conradus et dominus Wizlaus promouebunt dictos Milites et ordinabunt, quod Castrum Trebetow reedificetur eis; vel saltem ipsis super destructione dicti castrum, prout ipsis visum fuerit, iusticiam ordinabunt. Item dominus Johannes et dominus Godefridus, fratres de Griffenberch, mitti debent in quietam possessionem omnium bonorum suorum. De castro vero Wolin commissum est marchioni Conrado et domino wizlao de ruya: hii duo de eodem castro ante diem sancti michahelis terminabunt; secundum quod uidebitur eisdem expedire, et secundum quod ipsi terminauerint, id firmum tenebitur atque ratum. Super huiusmodi uero compositione et sona, inter dictos principes et viros nobiles placitata, inuolabiliter obseruanda et ad firmiorem certitudinem, promiserunt fide data Illustris principes Otto et Conradus, marchiones Brandenburgenses et eorum milites, quorum nomina subsecuntur, dominus heinricus de vrsfach, Ber. de Bentz, Beteke et fridericus fratres de Ecstede, Johannes et Godefridus fratres de Griffenberch, Hasso et zuliz fratres de Wedele, Wern. de swanenberch, reinherus de Bentz, Wil. de kerkow, Johannes de sydow, Bernardus de Buch, Henricus de Bellinge, Johannes de Nowen, Conradus de Boreffow, Johannes de snetlinge, Conradus de Oderberch, Conradus Cleft, wirchniuz, ludolfus de bekendorpp, Georgius de Brewiz, Thethardus de wostrow, heinricus de doffa, Johannes de oldenulete, hermannus de redere, Wil. de Bertekow, Erenbertus de walfleue, Johannes de sparrenwolde, Johannes de Bone. Nomina ciuitatum sunt hec: prinzlaw, angermunde, zwet et koningefberch. Promiserunt etiam parte ex altera uiri nobiles, dux selauorum de stetin, dominus Buguzlaus, et dominus Wizlaus, Illustris princeps ruyanorum, et eorum milites, quorum nomina subsecuntur: Dothenberch, Johannes de Grizstow, Reinardus de pentz, Johannes mordere, Matheus molteke, antonius de Buche, Everhardus molteke, Johannes de Ofte, Henricus de Ofte, prithur, Ludewicus Cabolt, nicolaus de caland, scade, huckefole, Johannes de starkow, nicolaus de diuiz, Bertoldus Bükeman, Godefridus Struz, ludolfus de sclaweskesdorp, vlricus vrsus, Henricus de meldunge, Hermannus moltecke, Trampe, richardus de Gorik, verenbertus, comes de Gutzekow, volradus dargatz, Adam de Gutzekow, Johannes Hube, reinardus de Wacholte, Godefridus luch, Henricus Grusehauere, Hermannus de vitzen, Conradus molteke, rodolfus de nienkerke, Henricus heidene, ludowicus

kedinc, Jace de Gutzekow, Godescalcus de porfvelde, Anno de Esbeke. Nomina ciuitatum sunt hec, que promiserunt: Stetin, penkvn, Gripenhagen et Gardiz. Vt autem omnia prelibata inuolabiliter obseruentur et maneant firmiora, presentes litteras prefati nobiles dominus Buguzlaus, dux Stetinensis, et dominus Wizlaus de ruya in evidens testimonium conscribi fecerunt ac eas sigillorum suorum et ciuitatum predictarum munimine roborari. Acta sunt hec apud rotas, anno domini M^o. CC^o. LXXXIII^o. Datum per manum domini helmerici, capellani principis ruyanorum, in die ypoliti martiris sancti.

Nach dem Original des R. Ges. Kabinet-Archives 468, B. Abdruck nach demselben Original in den Balt. Studien II, 128 ff. mit mehreren Fesseln, z. B. gleich zu Anfang Inter illustres principes duces Ottonem et Conradum marchiones Br. und gegen das Ende der Urkunde statt fratres de Griefenberch: fratres de Wedele, statt Ecstede: Gostede, mostecke: molteke, Grufehauere: Brufehauere.

CCXXXI. Die Markgrafen von Brandenburg, Otto und Konrad verleihen dem Kloster Althaldensleben auf Bitten der Söhne Gebhards von Grunenberg, einige Besitzungen in Glüsingen, am 19. Dezember 1284.

— Otto et Conradus, dei gratia Marchiones de Brandenburg — notum facimus, quod ad instanciam Johannis et Theodorici fratrum, filiorum quondam Geuehardi dicti de Grunenberch nobilium, proprietatem quatuor manorum in Glüsinghe cum areis et aliis pertinenciis donauimus et tradidimus cenobio dominarum in antiquo haldesleue perpetuo possidendam. — Datum anno domini M^o CC^o LXXX quinto, XIII. kal. Januarii.

Nach einer Mittheilung des Pastor Behrends in Nordgermersleben in L. v. Ledebur's Neuem Archiv II, 165.

CCXXXII. Markgraf Albrecht von Brandenburg vereignet dem St. Johanner-Orden zur Comthurei Mirow das Dorf Gnewetitz, am 13. März 1285.

Albertus, Dei gratia Marchio Brandenburgensis, vniuersis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in Domino sempiternam. Ad omnem boni operis consummationem adeo nobis expedit intendere vigilanter, ut dum districtus iudex in die nouissimo cunctorum examinare venerit acciones, non formidanda sint nobis gehenne supplicia pro delictis, sed quomodo eterne beatitudinis premia possimus pro bonis operibus adipisci. Hinc est, quod notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos proprietatem ville, que Gnewetitz dicitur, damus liberaliter seu donamus commendatori et fratribus sancte domus hospitalis Jerosolymitani Beati Johannis Baptiste et eorum ordini pro remedio anime nostre et nostrorum progenitorum libere possidendam. Excepimus seu eximimus predictam ab omni exactione seu petitione, angaria, perangaria, construccione urbium, pontium